

(Пер. А.С. Бурова)

Fragmenta iuris Romani Vaticana (Ватиканские фрагменты о римском праве) (Часть II)

[Stable URL: <http://elar.uniylar.ac.ru/jspui/handle/123456789/2131>]

[Публикация работы:]

1999: Fragmenta iuris Romani Vaticana (Ватиканские фрагменты о римском праве) // IVS ANTIQVVM. Древнее Право. 5, 222-247.



НАУЧНО-ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ
ЦЕНТР АНТИКОВЕДЕНИЯ
ЯРОСЛАВСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО УНИВЕРСИТЕТА
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА
ЯРОСЛАВЛЬ, РОССИЯ

THE SCIENTIFIC & EDUCATIONAL
CENTRE FOR CLASSICAL STUDIES
AT YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY
YAROSLAVL, RUSSIA

DAS WISSENSCHAFTLICHEN FORSCHUNGS- UND
STUDIENZENTRUM FÜR DIE GESCHICHTE,
KULTUR UND RECHT DER ANTIKE
DER STAATLICHEN DEMIDOW-UNIVERSITÄT JAROSLAWL
YAROSLAWL, RUSSLAND



РОССИЙСКАЯ АССОЦИАЦИЯ АНТИКОВЕДОВ
RUSSIAN SOCIETY OF CLASSICAL STUDIES



НАУЧНО-ИССЛЕДОВАТЕЛЬСКИЙ И ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ ФОНД
«ЦЕНТР ИЗУЧЕНИЯ РИМСКОГО ПРАВА»
ЯРОСЛАВСКИЙ ФИЛИАЛ
THE RESEARCH AND EDUCATIONAL FOUNDATION
“THE CENTRE FOR ROMAN LAW STUDIES”
YAROSLAVL BRANCH



ЯРОСЛАВСКИЙ ГОСУДАРСТВЕННЫЙ УНИВЕРСИТЕТ
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА
YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY

**FRAGMENTA IURIS ROMANI VATICANA
(ВАТИКАНСКИЕ ФРАГМЕНТЫ
РИМСКОГО ПРАВА)***

Перевод А. С. Бурова
Редакторы перевода Д. А. Литвинов,
А. И. Солопов

(Продолжение)

DE EXCVSATIONE

123. ...eum, de quo agitur, et de incolumitate eius sibi rescribant.

124. *Papinianus lib. IIII. Responsorum.* Hi quoque, qui sunt ex collegio sex primorum, habent a tutelis excusationem; sed non simpliciter, sed post unam. Nam non alias a ceteris uacant, nisi unam habeant.

125. *Item.* Olim uarie obseruabatur circa numerum tutelarum; sed hodie certo iure utimur, tam ex rescriptis diuorum, quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum: nam si quis tres tutelas siue curas habeat, excusatur.

126. *Item.* Haec locuti sumus de tutelis, finitis non inputandis. Eodem loco sunt et non coeptae.

127. *Item.* Sed hodie hoc iure utimur, ut si filium quis habeat in potestate, tam patris, quam filii onera patri in numerum procedere (debeant).

128. *Item.* Hodie itaque, ut quis excusetur, tria onera allegare debet, siue tutelarum, siue curarum, siue etiam curae kalendarii; et siue eiusdem siue non eiusdem tituli sint tria onera, a quarta excusant.

129. *Item.* Valetudo quoque mala praestat uacationem, si talis sit, ut ostendat, eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse.

ОБ ОСВОБОЖДЕНИИ ОТ ОБЯЗАННОСТЕЙ

123. ...относительно того, о ком ведется дело, и о его невредимости, пусть ответят.

124. *Папиниан в 4-й книге «Ответов».* Те, которые состоят в коллегии шести знатнейших мужей, освобождаются от обязанностей опекуна, но не сразу, а после [принятия] одной: они не могут снять с себя бремя прочих, если не имеют [хотя бы] одной.

125. *Там же.* Некогда на количество опеки смотрели по-разному, но теперь мы пользуемся верным законом: как из рескриптов божественных¹ [императоров], так и из конституций наших [здравствующих] императоров. Ибо если кто-то уже является трижды опекуном или попечителем, то освобождается [от этой обязанности].

126. *Там же.* Это мы говорим об опеках, срок которых не ограничен. В том же месте [говорится] о не начатых [опеках].

127. *Там же.* Сегодня мы пользуемся следующим правом: если кто-то имеет подвластного сына, то к количеству [опек] отца следует прибавлять и те, что лежат на сыне.

128. *Там же.* Чтобы сегодня кто-то [мог] освободиться от обязанностей опеки, он должен сослаться на три бремена, или опеки или даже попечительства, или ведения долговых книг [города]. Если при этом окажется три бремена, от четвертого он освобождается.

129. *Там же.* Плохое здоровье также освобождает от обязанностей опекуна, если окажется, что [этот человек] не в состоянии распоряжаться даже своими вещами.

* Перевод и редактирование осуществлены в рамках научного гранта РФФИ № 99-06-80042.

¹ То есть умерших.

130. *Item.* Si quando autem huiusmodi ualeto adfirmetur, inspectio praetoris necessaria est. Siue autem quis arthriticus sit, siue phthisicus, siue epilepticus, siue orbus, et his similia, excusantur.

131. *Item.* Verba rescripti: «Liberus, qui negotia senatoris populi Romani gerit, a tutela excusatur; a muneribus autem ciuilibus, cum ipse quoque bonis publicis fruatur, non uacat».

132. *Item.* Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in quaque domo senatoris uoluerint uacare, non quotquot erunt, si plures fuerint.

133. *Item.* Ergo uidemur hoc iure uti, ut is uacet, cui omnium rerum generaliter procuratio mandata sit; et non amplius quam unus.

134. *Item.* Arcarii Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem.

135. *Item.* Qui iam tutores uel curatores sunt, si rei publicae causa absint, ad tempus excusantur.

136. *Item.* Eum, qui uiae curam habet ab imperatore iniunctam, excusari.

137. *Item.* Anabolicari a tutelis curationibusque habent uacationem.

138. *Item.* Ii, qui in centuria accensorum uelatorum sunt, habent immunitatem a tutelis et curis.

139. De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et dicit propterea non excusandum; et extant rescripta.

140. *Item.* Veterani quoque, post emerita stipendia missi honesta missione, in perpetuum a tutelis uacant.

141. *Item.* Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, uacatio a tutelis (alienis) a diuo Hadriano dari coepit.

142. *Item.* Decuriales quoque, qui ob id ipsum uacant a tutelis, (a tutela)

130. *Там же.* Если заявляется о таком расстройстве здоровья, необходимо провести преторскую проверку. Если кто-то окажется болен подагрой, чахоткой, эпилепсией, слепотой или чем-то похожим, то он освобождается от опеки.

131. *Там же.* Слова рескрипта: «Вольноотпущенник, ведущий дела римского сенатора, освобождается от опеки; однако он не освобождается от гражданских повинностей, так как сам получает плоды от общественного имущества».

132. *Там же.* Знающие люди так толкуют эти конституции: в каждом сенаторском доме разрешено освобождать [от опеки] лишь одного вольноотпущенника-прокуратора, а не всех, которые имеются.

133. *Там же.* Итак, ясно, что мы пользуемся этим правом так, чтобы от обязанностей освобождался тот, кому поручена общая опека над всем имуществом, [причем таким лицом может быть] только один [человек].

134. *Там же.* В соответствии с повсеместно разосланными святейшими конституциями императорские казначеи, находящиеся на форуме Траяна, освобождаются [от общественных повинностей (?)].

135. *Там же.* [Лица], являющиеся опекунами и попечителями, на время освобождаются от бремени [опеки], если они отсутствуют по государственным делам.

136. *Там же.* Тот, кому император поручил заботу о дороге, освобождается от [бремени опеки].

137. *Там же.* Лица, привозящие [товары], имеют освобождение от опеки и попечительства.

138. *Там же.* Лица, состоящие в центуриях легковооруженных резервистов, имеют освобождение от опеки и попечительства.

139. Может ли опекун быть освобожден от обязанности в ходе тяжб, которые он ведет с сиротой? Так вот, [Папиниан] говорит, что в данном случае он не освобождается; есть [об этом] и [соответствующие] рескрипты.

140. *Там же.* Ветераны, вышедшие в почетную отставку после выслуги срока службы, навсегда освобождаются от опеки.

141. *Там же.* Со времен божественного Адриана право освобождения от обременительных опекается примипилариям² вследствие их должности.

142. *Там же.* Декуриалы³, освобожденные от опеки вследствие своей должности, не освобож-

² Примипиларий – военный интендант, заведующий снабжением провиантом.

³ Декуриалы – чиновники канцелярии римского сената; император контролировал их деятельность особыми указами (Прим. ред.).

condecurlialis filii non uacare, si non habeant aliam excusationem.

143. *Item.* Neque autem primipilarii filii, neque ueteranorum, a tutelis excusantur.

144. *Item.* Is, qui inter uigiles militat, quamuis post emerita stipendia legitima missus sit, non in perpetuum uacat a tutelis, sed intra annum, quam missus est: ultra non uacat.

145. *Item.* Officium quoque militare excusat. Nam cum munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur.

146. *Item.* Qui Romae magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur, dari tutores non possunt.

147. *Item.* Imperatores nostri constituerunt, ne ultra ducentiesimum miliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. Itaque in usu ita seruatur, ut ad eas res, quae ultra ducentiesimum lapidem sunt, equestris ordinis uiri dentur tutores siue curatores a praetore. Et hoc non tantum in eo senatore seruatur, qui decreto tutor uel curator datus est, sed et in eo, qui testamento.

148. *Item.* Is, qui in portu pro salute imperatoris sacrum facit ex uaticinatione archigalli, a tutelis excusatur.

149. *Item.* Philosophis quoque et medicis et rhetoribus et grammaticis, quibus per hanc professionem immunitas dari solet, etiam uacatio a tutelis datur tam diuorum principum rescriptis, quam imperatoris nostris. Quod ad medicos ceterosque ciuitatis pertinet, intra numerum quemque esse debere, sacrae constitutiones docent.

150. *Item.* Neque geometrae, neque hi, qui ius ciuile docent, a tutelis excusantur.

151. *Item.* Qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando (non) admittuntur ad excusationem, uelut qui minor sit annorum XXV, si adfini datus sit tutor, et aliquem usum rerum habeat; quod ius uenit ex epistula diui Hadriani.

даются от опеки над сыном другого декуриона, если только не имеют освобождения по другой [причине].

143. *Там же.* Не освобождаются от опеки дети примипилариев и ветеранов.

144. *Там же.* Вышедший в отставку по выслуге положенных лет стражник освобождается от опеки лишь на год со дня увольнения, а затем не освобождается.

145. *Там же.* Военная служба также дает освобождение [от опеки], ведь если этому способствует выслуженная должность, то тем более [способствует] та должность, которая исполняется в данный момент.

146. *Там же.* Исполняющих должность магистрата в Риме нельзя назначать опекунами в период исполнения ими обязанностей.

147. *Там же.* Наши императоры постановили, чтобы римским сенаторам не назначали в управление сиротское имущество за пределами 200 [миль от Рима]. На практике это применяется так: претор назначает опекунами и попечителями над имуществом, расположенным за двухсотым [милевым] камнем, мужей из всаднического сословия. Это относится как к сенатору, ставшему опекуном или попечителем по эдикту, так и к тому, кто стал им по завещанию.

148. *Там же.* Тот, кто совершает в порту во здравие императора священные обряды в соответствии с предсказаниями верховного жреца Кибелы, освобождается от опеки.

149. *Там же.* В рескриптах как божественных, так и здравствующих императоров освобождение от опеки дается также философам, врачам, риторам и грамматикам, которым по их роду занятий обычно предоставляется освобождение [от повинностей]. Что же касается врачей и прочих [указанных выше] лиц, содержащихся за общественный счет, то императорские конституции указывают, что их количество не должно превышать определенного числа.

150. *Там же.* От опеки не освобождаются ни землемеры, ни те, кто обучает гражданскому праву.

151. *Там же.* Тем, кто защищен личной привилегией, иногда не разрешается освобождение [от обязанностей опеки] – например, если лицо моложе 25 лет дано в опекуны свояку и он пользуется каким-то его имуществом. Эта правовая норма исходит из письма божественного Адриана.

152. *Idem de libertis quoque:* quamvis multa priuilegia excusationem praetendant, tamen a patroni sui liberorum tutela non excusantur.

153. *Item.* Qui patri pupilli promiserunt, se suscepturos tutelam, non excusantur, quia est iniquum, alios non esse datos.

154. *Item.* Si inmiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis; plus enim egit, quam si promississet; idque diui Fratres Domitio Rufo rescripserunt in haec uerba: «Liberari tutela, quam sponte suscepisti, improbe nunc desideras».

155. *Item.* Igitur obseruandum deinceps erit, ut qui tutor datus sit, si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adeat ex more: sed nec infinitum captiosi silentii tempus, per quod res interfrigescat, concessum sibi credat. Nam hi, qui Romae uel intra centesimum fuerint, sciant, in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere, aut capessere administrationem; ac nisi id fecerint, in ea causa fore, in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreuerunt, periculo suo eos cessare.

156. *Item.* Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animaduertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari, ex quo (quis) scierat, se esse tutorem uel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam eius decretum perlatum sit testato: uel, si testamento datus sit, ex quo id quoquo modo scierit. Itaque ubi sciit, ne praescriptione L. dierum excludatur, si sint sessiones uel pro tribunali uel de plano, aduersario, id est ei, qui eum petit, denunciare debet, et

152. То же самое и о вольноотпущенниках: хотя они и ссылаются на многочисленные привилегии об освобождении [от опеки], тем не менее, не освобождаются от опеки над детьми своего патрона.

153. *Там же.* Те, кто дал отцу сироты обещание принять на себя опеку, не могут быть освобождены, ибо несправедливо, что не были даны другие [опекуны]⁴.

154. *Там же.* Если опекун вмешался в дела управления [имуществом], то потерял возможность получить освобождение [от опеки]. Он совершил даже больше, чем если бы пообещал. Божественные братья⁵ написали это Домицию Руфу в таких словах: «Недостойно тебе просить освобождения от опеки, так как ты вступил [в управление имуществом] по собственному разумению».

155. *Там же.* Итак, рассмотрим: как лицу, назначенному опекуном, действовать по правилам, если он посчитает, что у него есть какие-то основания для освобождения [от опеки]. И пусть он не думает, что ему разрешено в течение неограниченного времени обманным путем скрывать [факт опеки], с помощью чего дело «замораживается». Так, те, кто находятся в Риме или в пределах 100 [миль от него], пусть знают, что в течение 50 ближайших дней им следует сослаться на причины освобождения или вступить в управление [имуществом]. Если они этого не сделают, то они останутся в том же положении, в котором и пребывают <т. е. будут считаться принявшими опеку>, и о них знатнейшие консулы постановили, что риск, связанный с неисполнением [обязанностей по управлению имуществом], падает на них.

156. *Там же.* Мы замечаем, что теперь широко распространено определенное в этой конституции правило, согласно которому 50 дней начинают отсчитываться с того дня, когда [человек] узнал, что он является опекуном или попечителем; но, без сомнения, [они отсчитываются] и от того дня, когда ему объявляется о распространении на него обязанности по завещанию, или же с того [дня], когда ему станет об этом известно любым способом. Когда он узнал об этом и назначено судебное заседание, перед трибуналом или в обычном порядке, то чтобы не лишиться прескрипции о 50 днях, ему нужно оповестить

⁴ То есть умерший, понадеявшись на обещанную опеку, не оставил в завещании указания на других опекунов.

⁵ По-видимому, имеются в виду Марк Аврелий Антонин и его приемный брат – Луций Вер, правившие Римской империей совместно с 160 по 169 г. н. э. (*Прим. ред.*).

adire praetorem et titulum excusationis suae apud eum expromere. Si feriae sint, libellos det contestatorios.

157. *Item.* Tunc demum excusandum est, qui prius datus fuerat, si is, quem nominauerit et potior necessitudine et idoneus re fideque nec absensprehendatur.

158. *Item.* Pars orationis imperatoris Seueri: «Promiscua facultas potioris nominandi, nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis priuabit: cui rei obuiam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris auiue pupilli in decuria uel corpore, item cognati uel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt, potiorum non nominent; ceteri cognati uel adfines amicieue atque municipes eos tantummodo nominent, quos supra complexus sum; uicinitatis autem iure nemo potior existimetur.

159. *Imp. nostri Aelio Diodoto.* Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris, clarissimi viri, quod non iure testamento uel codicillis dati fuerant, confirmatos potiores nominare posse non arbitramur: nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est.

160. *Item.* Libertus sicut excusare se a tutelis, ita etiam potiorum nominare potest.

161. *Item.* Ex ea die, ex qua quis potiorum nominauit, deinceps omnibus sessionibus aduersus eum, quem nominauit, adire debet, usque dum causam finiat. Ceterum si aliquam sessionem intermiserit is, qui potiorum nominauit, praescriptione excluditur. Plane illa sessio, quae de plano celebratur, ei non computabitur.

противоположную сторону (того, кто добивается от него [исполнения обязанностей опекуна]), прийти к претору и в его присутствии заявить о своем [желании] освободиться от опеки. Если этот день окажется праздничным, то ему нужно разослать письма с вызовом свидетелей.

157. *Там же.* Освобождать от [обязанностей] опекуна того, кому опека была назначена раньше, следует лишь тогда, когда он назвал [кандидатуру], более подходящую [для опеки] вследствие [более тесного] родства, более ответственную и не находящуюся в отлучке.

158. *Там же.* Часть речи императора Севера: «Распространенная возможность называть более подходящих [опекунов], если ее не ограничить определенными рамками, [может] с течением времени оставить сирот без имущества. Препятствием этому будет, господа сенаторы, если вы установите, чтобы коллеги отца или деда сироты по коллегии или корпорации, а также когнаты и свояки со стороны обоих [родителей], исключенные по закону Юлия и Папия⁶, не называли более подходящих [опекунов]. Прочие когнаты, свояки, друзья и сограждане называют [более подходящих опекунов] таким образом, который я описал выше. Никого не следует признавать более подходящим по праву соседства».

159. *Наши императоры Элию Дидоту.* Считается, что по постановлению претора, светлейшего мужа, мы не можем в соответствии с [неформальной] волей отца назначить опекунами наилучших из утвержденных, так как они не были назначены ни по праву завешания, ни по праву дополнений к завешанию. Тем не менее, решение отца, пусть оно и противоречит праву, необходимо соблюдать.

160. *Там же.* Вольноотпущенник может как освободить себя от опеки, так и назвать более подходящую [кандидатуру].

161. *Там же.* Тот, кто назвал более подходящего [для опеки], должен посещать все судебные заседания [по делу] в отношении названного [им], покуда дело не будет решено. Кстати, если тот, кто назвал более подходящего [для опеки], пропустит какое-либо заседание суда, то он лишается прескрипции. Разумеется, это не касается заседаний, идущих обычным порядком⁷.

⁶ Собственно, известны два закона Юлия и Папия Поппея (18 и 9 гг. до н. э.), воспринимавшиеся в классический период как единое целое.

⁷ Имеются в виду заседания *de plano*, т. е. без заслушивания заинтересованных сторон, в отличие от заседаний *pro tribunali* (Прим. ред.).



162. *Item.* Si is, qui potio-rem nominauit, litteras petierit ad magistratus, ut compellant eum uenire, quem potio-rem nominauit, (postquam) libellos dedit, altera die litteras accipere debet, ac magistratibus reddere per dinumerationem uicenum milium passuum.

163. *Item.* Illud curare debet, ut intra diem decimum, quam litteras reddidit magistratibus, rescriptas deposcat: et ubi eas acceperit, per dinumerationem simili modo reuertere debet, et si sessionem inuenerit pro tribunali, reddere praetori, ut subnotet sua manu, quod uolet.

164. *Item.* Si quis eos, quos potiores nominauit, non probauerit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare.

165. *Item.* Quamuis uero supra diximus, eum, qui potio-rem nominauerit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, praescriptione submoueri, utiue uerum est, si litterae non sunt impetratae: ceterum ex quo impetratae sunt, in eum diem, quo reddi praetori rescriptae debent, cum hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit, si sessionibus non adierit. Et ita in usu seruatur.

166. *Item.* Libelli ita formandi: CVM PROXIME DECRETO TVTTOREM ME DANDVM EXISTIMAVERIS ILLI, QVODMIHI IN NOTITIAM PERTVLIT ILLE ILLA DIE, NOMINO POTIOREM, VT MVNICIPEM SVPRASCRIPTI, ILLVM, VEIENTANVM, MORANTEM EO LOCO, HABENTEM IN SVBSTANTIA PLVS MINVS TANTVM. Si eques Romanus fuerit, qui potior nominabitur, etiam hoc comprehendere debet. Deinde fine talem clausulam addat: ROGO, PRAETOR, PROPTER PRAESCRPTIONIS TEMPORA LIBELLOS ACCIPERE DIGNERIS.

167. Si pro tribunali dabuntur, V, de plano IIII dandi erunt, et petendum, ut denuntietur alteri ex auctoritate, cum denuntiauerit et non uenerit, (quot) libellos det, et litteras petat.

162. *Там же.* Если тот, кто назвал более подходящего [для опеки], письменно обратился к магистратам, чтобы те обеспечили явку [на судебное разбирательство] названного им [лица], то следует принять письма на следующий день после подачи прошения и передать [их] тем магистратам, [чьи полномочия действительны] в пределах 20 миль.

163. *Там же.* Следует позаботиться о том, чтобы предписания были получены в течение 10 дней после передачи писем магистратам; сразу после их получения их следует применить в тех же пределах. Если же заседание суда будет проходить перед трибуналом, их нужно передать претору, чтобы тот своей рукой приписал, каково его мнение.

164. *Там же.* Если кто-то не доказал, что названные им [лица действительно] более подходят [для опеки], но 50 дней еще не истекло, то он может назвать более подходящими других.

165. *Там же.* Как говорилось выше, если тот, кто назвал более подходящих [лиц], пропустит какое-нибудь судебное заседание перед трибуналом, то не может отказаться от [опеки] – особенно, если письма [противоположной стороной еще] не получены. Впрочем, если даже они получены, он, не прибыв на судебное заседание в тот день, когда письма должны были поступить к претору, пусть даже и среди заседания, не получает [желаемого]. Такова практика.

166. *Там же.* Прощение составлено так: КОЛЬ СКОРО ТЫ ТОЛЬКО ЧТО ПРИКАЗОМ РЕШИЛ НАЗНАЧИТЬ МЕНЯ ОПЕКУНОМ ЭТОГО [ЧЕЛОВЕКА] И ЭТО СТАЛО МНЕ ИЗВЕСТНО С СЕГО ДНЯ, ТО Я НАЗЫВАЮ БОЛЕЕ ПОДХОДЯЩЕГО – ЗЕМЛЯКА ВЫШЕУПОМЯНУТОГО [ЛИЦА], ЖИТЕЛЯ ГОРОДА ВЕЙИ, ОБИТАЮЩЕГО В ТАКОМ-ТО МЕСТЕ И ОБЛАДАЮЩЕГО ИМУЩЕСТВОМ БОЛЕЕ ИЛИ МЕНЕЕ ТАКОГО-ТО КОЛИЧЕСТВА. Если названный более подходящим [для опеки] является римским всадником, это также нужно указать. Затем, в конце добавляется следующее: ПРЕТОР, ТАК КАК ВРЕМЯ [ОГРАНИЧЕНО], ПРОШУ ПРИНЯТЬ ПРОШЕНИЯ СВОЕВРЕМЕННО.

167. Если [прошения] предоставляются на [судебное заседание] перед трибуналом, то их должно быть пять, если на обычное – четыре. Необходимо от лица [претора] оповестить противоположную сторону, если та, оповещенная [частным образом], не явилась. Сколько предоставлено [экземпляров] прошений, столько будет дано [письменных] ответов.

168. *Item.* Quidam tamen iustos secundum has leges putant dici. (Sed) diui quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita scripserunt: «Si instrumentis probas, habere te iustos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo praetor Vir Clarissimus accipiet. Sed iustorum mentio ita accipienda est, ut secundum ius ciuile quaesiti sint».

169. *Item.* (In) adoptionem dati ad hanc causam proderunt.

170. *Item.* Ius liberorum a principe impetratum nec ad hanc causam nec ad munera cetera declinanda prodest.

[Desunt paginae duae.]

171. ...Nec a patre testamento designatus tutor per potioris nominationem poterit se oneri subtrahere, licet a praetore confirmatus sit. Non enim testamentarius quidem tutor est, sed tamen pro eo habetur.

172. *Paullus lib. II Sententiarum.* Pro testamentaria sua inutili tutela ipse tutor datus, ut est Latinus Iunianus, in potioris nominatione non aequiperatur codicillis ad testamentum non pertinentibus a patre dato tutori, quem praetor confirmauit.

173. *Ulpianus de officio praetoris tutelarum.* Qui in patria priuilegio utitur, si in Italia domicilium constituit, iure domicilii omnibus etiam tutelae muneribus subiicitur tamdiu, donec in patriam reuersus priuilegium recuperabit.

173a. *Item.* Si ei, quem magistratus uel pater testamento tutorem nominauit, sacerdotium contigit, quod a muneribus excusat, tamen ita demum tutelam priuilegio subnixus declinare potest, si ante nominationem uel apertum testamentum sacerdos factus est.

174. *Item.* Haec de sacerdotio dicta similiter pertinent ad excusationem consuli ceterisque populi Romani magistratibus competentem: sed per annum tantum, quo quis consul, uel

168. *Там же.* Некоторые полагают, что в соответствии с этими законами можно приводить [право трех] детей. [Но] божественные Марк и Луций⁸ так написали Апронию Сатурнину: «Если ты документально подтвердишь, что действительно имеешь трех детей, то светлейший муж претор Манилий Карбон согласится с твоим освобождением [от опеки]. Но ссылка на [трех] детей принимается только тогда, когда они законные соответственно гражданскому праву».

169. *Там же.* Отданные в усыновление дети в данном случае учитываются.

170. *Там же.* Право [трех] детей, испрошенное у принцепса, не дает преимуществ ни в этом случае, ни при отклонении прочих повинностей.

[Отсутствуют две страницы.]

171. ...Тот, кого отец в завещании не назначил опекуном, сможет освободиться от [этого] бремени, назвав более подходящего, даже если он утвержден претором. Ведь он даже не является опекуном по завещанию, а только выступает вместо него.

172. *Павел во 2-й книге «Сентенций».* В защиту того, что содержится в завещании. Когда назначенный опекуном юниев латин⁹ называет более подходящего [опекуна], то это не имеет равной силы с приписками к подтвержденному претором завещанию, данными отцом опекуну.

173. *Ульпиан об обязанности опекунского претора.* Если тот, кто пользуется на родине привилегией, [обосновался и] построил жилище в Италии, то по праву жилища подпадает под несение всех обязанностей опекуна до тех пор, пока, возвратившись на родину, вновь не обретет привилегию.

173a. *Там же.* Если тот, кого назначил опекуном магистрат или отец [в завещании], получает жреческую должность, освобождающую от несения обязанностей [опеки], то он, тем не менее, может рассчитывать на освобождение от опеки по [этой] привилегии лишь в том случае, когда стал жрецом до назначения [опекуном] или до вскрытия завещания.

174. *Там же.* То, что было сказано о должности жреца, также распространяется на консулов и других магистратов, испрашивающих освобождения [от опеки]; однако, освобождение дается лишь на тот год, когда [испрашивающий

⁸ Марк Аврелий и Луций Вер (совместное правление – между 161 и 169 гг. н. э.).

⁹ Раб, отпущенный на свободу со значительным ущемлением его гражданских прав.



praetor, uel tribunus pl., uel quaestor uel aedilis erit, uacabit.

175. *Item.* Collegas eos haberi non oportet, qui licet eandem artem exerceant quam pater factitabat, tamen eiusdem collegii non sunt, in quo pater pupillorum exercebat.

176. *Item.* Sicut autem defuncti collegam non oportet excusari, ita nec eius filium. Et ita imperator noster cum patre rescripsit.

177. *Item.* Veterani a paganorum tutelis perpetuo excusantur, a militum uel ueteranorum autem filiorum intra annum et ita ut post non plus quam unam suscipiant. Sed utrum simul non plus quam unam suscipiant, an semel tantum unam, tractari potest. Puto tamen, simul non plus quam unam, et ita inueni rescriptum.

177a. *Item.* Non honesta missione missi non excusantur et ita de ignominiose misso imperatores... riae Sabinae rescripserunt, cum cognatum, quem ob delictum aliquod exauctoratum esse dicebat, liberis suis tutorem peteret. Ab urbicis plane tutelis excusabuntur, quia ingredi iis Urbem non licet. Sed etsi non sint perfuncti stipendiis, tamen qui post uiginti annos si missionem non ignominiosam acceperint, ut ueterani excusantur.

178. *Item.* Sed primipil... primipilarem dabunt... legare quoque ipse quoque in locum...

179. *Item.* Temporarium sacerdotium nactus, dum sacerdotio fungitur, tutela liberatur curatore interim dato; quod ita rescripto diui Pii declaratur ad...

180. *Item.* Quae de primipilaris filii tutela placuerunt in primipilaribus, sciendum est, ita in usu seruari, ut exemplo ueteranorum duntaxat unam simul suscipiant.

181. *Item.*... rescripsit, testamento datum tutorem propter ueterem suam emptionem a patre pupilli, ex qua euictionis nomine sestertium centum

его] исполняет должность консула, претора, плебейского трибуна, квестора или эдила.

175. *Там же.* Не следует считать коллегами отца всех тех, кто занимается тем же ремеслом, что и он, если только они не состояли в одной с ним коллегии.

176. *Там же.* Не следует освобождать [от опеки] как коллегу умершего, так и его сына. Так постановили наш император и [его] отец.

177. *Там же.* Ветераны навсегда освобождаются от опеки над частными лицами, но от опеки над детьми солдат и ветеранов — лишь на год и с тем условием, чтобы впоследствии не принимать более одной опеки. Однако может быть подвергнуто рассмотрению, принимают ли они не более одной опеки одновременно или всего одну. Я полагаю, что не более одной [опеки] одновременно; так я прочел в рескрипте.

177a. *Там же.* Те, чье увольнение из армии не было почетным, не освобождаются [от опеки]. Итак, об уволенных с позором императоры... дали ответ [Вале]рии Сабине, просившей в опекуны своим детям кровного родственника, уволенного со службы из-за какого-то проступка. Разумеется, [такие лица] освобождаются от городских опеки, так как появляться в городе им запрещено. Если же они не выслужили срок службы до конца, но через двадцать лет их отставка не была позорной, то освобождаются [от опеки] как ветераны.

178. *Там же.* Но примипил[арий]... назначают примипилария... сам отказывал по завещанию и также на место...

179. *Там же.* Те, кто исполняет должность жреца, ограниченную по времени, на этот срок освобождаются от опеки и, как объявлено в рескрипте божественного Пия, на это время назначается куратор.

180. *Там же.* Опеку над сыном примипилария желательно возлагать на примипилариев. Нужно знать, что это применяется на практике так же, как и в случае [опек, возлагаемых] на ветеранов: чтобы одновременно на них лежало не более одной опеки.

181. *Там же.* ...он написал в ответ, что назначенный по завещанию опекун не освобождается от опеки из-за заключенного им с отцом сироты старого договора купли, по которому на

milia ei deberi possint, non excusari a tutela, cum ante consummatam eam nactus sit actionem incertum sit.

182. *Item.* Interdum praetor excusationibus modum inducit: nam minores viginti quinque annis ita plerumque a tutela excusantur, ut ad certos annos curator detur; quem si perpetuo daret, minores XXV annis etiam idoneos liberaret.

183. *Item.* Diuus Marcus in semestribus rescripsit, eum cui data est a principe negotiorum fiscalium administratio, quamdiu administrat, onera tutelarum suscipere non cogitur, ne uel priuatum onus publico uel inuicem iniuriam adferat.

183a. *Item.* Is, qui temporario morbo laborat, interim a tutela excusabitur; hi, quos uoletudo perpetua oppressit, ita excusantur, ut eas quoque tutelas, quas ante susceperant, deponant.

184. *Item.* In furorem qui inciderit, excusabitur etiam ab ea, quam antea susceperat, tutela; nec tamen in totum, sed ut in locum furiosi ad tempus curator detur, donec resipuerit.

185. *Item.* Non infrequens est, etiam eum, qui nimiam per rusticitatem se alienis negotiis gerendis imparem esse probat, excusationem mereri. Paupertas plane excusat, si impar est oneri ferendo.

186. *Item.* Tria onera tutelarum excusationem tribuunt. Tria autem onera sic sunt accipienda, ut non numerus pupillorum plures tutelas faciat, sed patrimoniorum separatio. Et ideo qui tribus fratribus tutor datus est, qui indiuisum patrimonium habent, uel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur; [187.] item qui curam kalendarii Gaditanorum a principe iniunctam in equestri ordine susceptam administrat.

основании эвикции¹⁰ опекуну могут быть должны 100 000 сестерций, так как неясно, стал ли он [опекуном] до завершения иска об эвикции [или после].

182. *Там же.* Иногда претор вносит некоторые ограничения в освобождения от опеки. Лица младше двадцати пяти лет освобождаются от опеки преимущественно в том случае, когда до определенного года назначается куратор. Если же он назначается навечно, то [от опеки] избавляются и [вполне для нее] пригодные лица моложе двадцати пяти лет.

183. Божественный Марк написал в «Семестрах»¹¹, чтобы того, кому принцепс поручил управлять относящимся к фиску имуществом, не принуждали к исполнению опеки, дабы не добавлять частное бремя к государственному или породить взаимное правонарушение.

183a. *Там же.* Тот, кто не работает из-за болезни, [на этот срок] освобождается от опеки. Тех, кого постоянно беспокоит состояние здоровья, освобождают от опеки, даже от тех, которые они приняли ранее.

184. *Там же.* Впавший в безумие также освобождается даже от ранее принятых опеки, но не полностью – пока он не придет в себя, на его место назначается куратор.

185. *Там же.* Зачастую случается, что освобождения от опеки заслуживает тот, кто доказывает, что ему вследствие необразованности не по силам принимать на себя чужие дела. Понятно, что и бедность влечет освобождение, если из-за нее невозможно нести бремя [опеки].

186. *Там же.* Три бремени дают освобождение [от опеки]. Однако три бремени следует принимать так, чтобы число опеки увеличилось не вследствие количества опеки, а из-за разделения имущества. Поэтому тот, кто назначен опекуном трем братьям, принимает неразделенное имущество, считается принявшим одну опеку. [187.] Также и тот, кто осуществляет надзор за долговыми книгами жителей Гаде-са, возложенный императором на всадническое сословие.

¹⁰ Эвикцией называется ответственность продавца перед покупателем в том, что купленная вещь не краденая (*Прим. ред.*).

¹¹ Термином *semestria* в Дигестах Юстиниана обозначаются собрания различных указов императора Марка Аврелия, издававшиеся императорским тайным советом каждые полгода (*Прим. ред.*).

188. In tribus non inputabitur tutela uel cura, quae affectata est. Affectatam sic accipimus, si uel appetita uideatur uel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusauit. Creditur enim affectasse, qui onus, cum posset declinare non recusauit. Et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit inuitus dari tutor, uel curatore, qui ei, cuius fuerat tutor, curator est nominatus.

189. *Item.* Si quis inter tres (tutelas) emancipati filii sui tutelam administret, an ei haec in numero cedat, scio dubitatum. Inuenio tamen Fulvio Aemiliano in persona Manili Optiui rescriptum, emancipatae filiae tutelam numerari ei inter onera oportere.

190. *Item.* Tria autem onera in domo esse sufficit. Proinde si pater alicuius, uel filius, uel frater, qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris pertinent quoniam uoluntate eius administrantur: omnibus excusatio a tutela competit.

191. *Item.* Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: ciuibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, a trium numero; earum uero, quae in municipiis italicis iniunguntur, (a) quattuor numero liberorum. Idque imperator noster et diuus Seuerus Claudio Herodiano rescripserunt. Et ideo si quis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quattuor numero liberorum debet excusari.

192. *Item.* Sed si in prouincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi.

193. *Item.* Exemplo ciuium Romanorum Latinos Iunianos excusari oportet.

194. *Item.* Iusti autem an iniusti sint filii, non requiritur: multo minus, in potestate necne sint; cum etiam iudicandi onere iniustos filios releuare Papinianus lib. V. Quaestionum scribat.

195. *Item.* Ex filia nepotes (non) prodesset ad tutelae liberationem, sicuti nec

188. В число трех [обременительных обязанностей] не включаются те опеки или попечительства, которых домогаются. Такой мы считаем ту [опеку], которая либо представляется желанной, либо ту, от которой кто-то не освобождается, хотя и может [сделать это]. Ибо считается, что тот, кто не освободился от бремени, хотя мог уклониться, домогался его. Часто такое решение принимается относительно того, кто стал опекуном не вопреки собственной воле, а также относительно того, кто назначен попечителем того [лица], чьим опекуном является.

189. *Там же.* Сомневаюсь, следует ли включать в число трех [опек] опеку над своим эманципированным сыном. Однако я нахожу у Фульвия Эмилиана, написавшего лично Манилию Оптиву, что в число его [опек] следует включать опеку над эманципированной дочерью.

190. *Там же.* Достаточно иметь в [одном] доме три бремени. Поэтому если чей-то отец, сын или брат, находящийся в его же власти, имеет три бремени, ответственность за которые несет отец (по желанию которого они исполняются), то все [три этих опеки] влекут его освобождение.

191. *Там же.* Также освобождение от опеки дает [определенное] количество детей. Римских граждан от опек, расположенных в Риме, освобождает [наличие] трех [детей]; от опек, находящихся в итальянских муниципиях, – [наличие] четверых. Так ответили Клавдию Геродиану наш император и божественный Север¹². Поэтому если кого-то назначит [опекуном] муниципальный магистрат, то его освобождает наличие четверых детей.

192. *Там же.* Если же опека назначена в провинции, то допускается освобождение [от опеки] проживающего в Риме, но у него должно быть не менее пяти детей.

193. *Там же.* По примеру римских граждан следует освобождать и юниевых латинов.

194. *Там же.* Не имеет значения, законные сыновья или нет, тем более – находятся ли они в [отцовской] власти. Ибо Папиниан в пятой книге «Вопросов» пишет, что даже незаконные сыновья дают освобождение от обязанностей судьи.

195. *Там же.* Общеизвестно, что внуки со стороны дочери не освобождают от опеки (как и

¹² В период совместного правления Каракаллы и Септимия Севера (205–212 гг. н. э.).

ad caducorum uindicationem, palam est; nisi mihi proponas ex ueterano praetoriano genero socerum auum effectum; tunc enim secundum orationem diui Marci, quam in castris praetoris recitauit Paulo iterum et Aproniano consulibus VIII. Id. Ian., id habebit auus, quod habet in nepotibus ex filio natis. Cuius orationis uerba haec sunt: «Et quo facilius ueterani nostri soceros repperiant, illos quoque nouo priuilegio sollicitabimus, ut auus nepotum ex ueterano, praetoriano natorum iisdem commodis nomine eorum fruatur, quibus frueretur, si eos haberet ex filio».

196. *Item.* In adoptionem dedisse non nocet; nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem.

197. *Item.* An bello amissi a tutela excusare debeant? Nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis, et publicorum kapite XXXVI., item priuatorum kapite XXVII. de iudicando cauetur. Et puto constituendum, ut et a tutelis excusent. Proinde siue tres bello amiserit, siue unum duosue, pro superstitibus cedent.

198. *Item.* Sed utrum soli filii an et nepotes debent prodesse? Subsistendum: quoniam lex quidem priuatorum kapite XXVII. «se natos» appellat, lex uero publicorum kapite XXVI. liberorum facit mentionem. Puto tamen, eandem esse aequitatem in nepotibus, qui in locum filiorum succedunt, quae est in filiis.

199. *Item.* Vtrum in acie dumtaxat amissus, an tempore belli amissus prosit? Aristo in acie amissum dumtaxat. Ego puto, per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat.

в случае домоганий на освободившуюся наследственную долю), если только ты не заявишь, что являешься тестем ветерана-преторианца. В этом случае, согласно речи божественного Марка, произнесенной в преторианском лагере, в январские иды (= 13 января), во второе консульство Павла и в третье – Априониана¹³, дед будет иметь те же [права], что и тот, который имеет внуков со стороны сына. Таковы слова этой речи: «Чтобы наши ветераны легче могли найти себе тестя, мы даем им новую привилегию: пусть дед детей, рожденных от ветерана-преторианца, имеет те же преимущества, какими он обладал, будь это дети его сына».

196. *Там же.* Передача [детей] на усыновление не препятствует, а усыновление не помогает при [получении] освобождения [от опеки], так как [право на] освобождение дают только родные [дети].

197. *Там же.* Следует ли освобождать от опеки тех, кто потерял [сына] на войне? Ибо относительно тех, кто пережил сына, по закону Юлия о правилах заключения брака, об исполнении государственных должностей, по двадцать шестой главе по поводу общественных дел и двадцать седьмой – по поводу частных дел, касающихся исполнения государственных и судебных должностей, дается освобождение от судебных обязанностей. Я считаю, что надо установить, чтобы [они] освобождались и от опеки. Поэтому если он потерял на войне трех, двух или одного сына, то приравнивается к пережившему сына.

198. *Там же.* [При получении освобождения от опеки] помогает наличие только сыновей или также и внуков? Это сомнительно, так как в двадцать шестой главе по поводу общественных дел их называют сыновьями, а в двадцать седьмой главе по поводу частных дел упоминается о детях. Однако я полагаю, что то, что касается сыновей, справедливо и в отношении внуков, которые заняли место детей¹⁴.

199. *Там же.* Следует ли давать освобождение от опеки только в случае, если [сын] погиб в бою, или также если [он погиб] во время войны? Аристон [считает], что только погибший в бою [сын] помогает получить освобождение. Я полагаю, что нужно давать освобождение и если сын погиб [вообще] во время войны, чтобы утрата, понесенная отцом для общественного блага, не повредила последнему.

¹³ 168 г. н. э.

¹⁴ То есть внуки, пережившие родителей и находящиеся под властью деда (Прим. ред.).



200. *Item.* Erit haec etiam excusatio, si quis se dicat tutelam alicuius administrasse, et ad curam eius uocetur. Nam inuitum non esse compellendum suscipere, imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit.

201. *Item* si quis uxori suae curator detur. Nam sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cuius tutor uel curator fuit, ita uxoris suae non debere curam administrare, diuus Seuerus Flauio Seueriano rescripsit.

202. *Item.* Proinde si cui fuerit pupilla a patre desponsa, non debet ei tutor dari, ne nuptiae inpediantur, et datus excusabitur; et si sponsae suae curator fuerit datus, debet excusari; nisi forte a patre tutor uel curator fuerit destinatus. Aut enim ipse eam pater despondit et utrumque perficiet; aut post mortem patris desponsa est, et magis est, ut uoluntati patris obtemperetur in onere quam ipsius in matrimonio; quare nuptiae inpediuntur.

203. *Item.* Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere, (ubi datus est ad tutelam, ueluti) Romae delectus ad munus uel in ea prouincia, ubi domicilium non habet; idque et diuus Marcus Pertinaci et Aeliano consulibus rescripsit.

204. *Item.* Proinde qui studiorum causa Romae sunt, praecipue ciuiliu, debent excusari, quia tantum temporis causa Romae agunt, studii cura distracti. Et ita cum diuo Seuero patre suo Imperator Antoninus Aug. Cereali a censibus et aliis rescripsit.

205. *Item.* Proinde si quis ad urbicam dioecesim pertinens testamento tutor detur, excusare se debet ab eo patrimonio, quod in regione iuridici est, se similiter a re prouinciali; sed caueat, si legatum accepit, hoc facere; licite enim urbana tantum administrat; uerum quia non in plenum uoluntati paret, legati ei petitio denegetur; idque diuus Marcus in eo, qui

200. *Там же.* Освобождение [от опеки] следует даже тогда, когда некто скажет, что исполнял опеку над кем-то и его привлекают к попечительству над тем же лицом. Ибо наш император вместе со [своим] отцом написали Полу Теренциану, что нежелающего не следует насильно заставлять принимать [опеку].

201. Так же – если кто-то назначается попечителем собственной жены. Ибо сенат решил, чтобы никто не брал в жены ту, для которой является опекуном или попечителем; не следует осуществлять и попечительство над своей женой. Так написал божественный Север Флавию Севериану.

202. *Там же.* Если отец перед смертью обещал кому-то в жены дочь, то [этого человека] не следует назначать опекуном, дабы не препятствовать свадьбе. Если он окажется попечителем своей суженой, то его следует освободить [от обязанности], если только не сам отец назначил его попечителем или опекуном. Если отец обещает ее [в жены], но завершает оба действия или если она обещана после смерти, то важнее, чтобы она по воле отца попала под его опеку, а не стала его женой; это препятствует свадьбе.

203. *Там же.* Освобождают [от опеки] и тогда, когда кто-либо заявит, что не имеет жилища, как, например, призванный к исполнению обязанностей [опеки] в Риме, или в той провинции, где у него нет жилища. Так предписал божественный Марк в консульство Пертинакса и Элиана¹⁵.

204. *Там же.* Те, кто пребывает в Риме ради научных занятий, особенно в области гражданского права, подлежат освобождению [от опеки], так как они, отвлеченные научными делами, столь [много] времени пребывают в Риме. Так ответили Цереалу император Антонин Август с божественным отцом Севером, во время проведения ценза и прочих дел.

205. *Там же.* Если кто-то, имеющий отношение к судебному округу города Рима, назначен опекуном по завещанию, ему следует освободиться от [опеки над тем] имуществом, которое находится в этом судебном округе, так же как и от провинциальных дел. Но пусть он остерегается делать это, если принял отказ [по завещанию]. Он может законно управлять только имуществом, находящимся в городе, однако, так как он не вполне подчинился воле [завещателя], ему отка-

¹⁵ 163 г. н. э.

se a re prouinciali excusauit, cum Romae testamento tutor esset datus, Claudio Pulchro rescripsit.

206. *Item.* An is, se uoluit excusare, nec optinuit, postea potiores nominare possit, est dubitatum: et magis est, ut possit, si dierum tempora patiantur; eos enim adhuc habet ut tutor datus: licet potior nominatus alterutrum debeat eligere, utrum uelit negare se potiozem, an uero magis potiozem nominare. Idque imperator noster Aelio Diodoto praetori rescripsit.

207. *Item.* Quamquam uero is, qui tutor datus est et excusare se et, non recepta excusatione, adhuc potiores nominare potest, si tempora dierum patiantur, tamen si semel coeperit potiores nominare, postea ad excusationem transire non potest. Nam confitentis est, nullam se excusationem habere, cum potiores nominare coeperit: nec ferendus est, si dicat se sine praeiudicio hoc facere, forte quod simul profiteatur excusationem et potiorum nominationem, ut alterutram exequatur.

208. *Item.* Is qui potior nominatus est, si quidem neget se esse in ea coniunctione, amplius nominare magis potiozem non potest: conuictus, ne excusare se quidem poterit: nam ita est rescripto ad Claudium Herodianum de excusatione insertum.

209. *Item.* Is qui potior nominatus est, ad omnia haec dies, quos habebit, quos habent, qui primo loco dati sunt, ut eodem rescripto declaratur.

210. *Item.* Is, qui potiozem nominat, libellos debet quaternos dare praetori de plano, quinos pro tribunali, ut epistula diui Marci ad Aemilianum continetur, et dicere, quo iure potiozem nominet, id est gradum necessitudinis eius uel rationem coniunctionis aperte designare. Et ideo non sufficit, cognatum uel adfinem generaliter dicere, sed debebit gradum adicere uel nomen cognitionis adfinitatisue designare et ius cognationis exprimere; nec sufficit col-

зывается в [освобождении от опеки] над прочим имуществом. Так ответил божественный Марк Клавдию Пульхру о том человеке, который освободил себя от провинциальных [опек] на основании того, что он был опекуном.

206. *Там же.* Неясно, может ли тот, кто не сумел добиться освобождения [от опеки], называть после этого более подходящих [кандидатов]. Скорее всего – может, если не истекло [установленное] количество дней, ибо он в течение них является назначенным опекуном. Следует, чтобы первый [человек], названный более подходящим, выбрал другого, а тот, [в свою очередь], отказался от этого или также назвал более подходящего. Так ответил наш император претору Элию Диодоту.

207. *Там же.* Если тот, кто назначен в опекуны, добился освобождения [от опеки], но не принял освобождения, то, если срок еще не истек, он еще может называть более подходящего [кандидата]. Если же он однажды начал называть более подходящих, то впоследствии не может освободиться [от опеки на другом основании]. Ибо, став называть более подходящих, он показал, что на него не распространяется никакое освобождение. Не принимается во внимание, если он заявляет, что сделал это необдуманно и случайно заявил как об освобождении, так и о назначении более подходящих, чтобы осуществить что-нибудь одно.

208. *Там же.* Тот, кого назвали более подходящим, заявив, что не имеет к этому отношения, не может сам называть более подходящего; тот, кто согласился, не может даже освободиться [от опеки]. Такой ответ был дан Клавдию Геродиану, заинтересованному в освобождении [от опеки].

209. *Там же.* В том же ответе сказано, что названный более подходящим, [для того, чтобы назвать других] получает в распоряжение столько же дней, сколько имели те, кто назван изначально.

210. *Там же.* В письме божественного Марка Элиану сказано: тот, кто называет более подходящего [кандидата], должен подать претору четыре прошения для рассмотрения в обычном порядке или пять – для заседания трибунала. Также он должен заявить, по какому праву называет более подходящего: по степени родства или вследствие близких отношений. Поэтому недостаточно назвать просто родственника или свояка сироты, но следует назвать вид или степень родства или свойства и ясно указать на право родства. Недостаточно назвать сослуживца, но следует доба-

legam dicere, nisi in quo collegio, addiderit. Et si forte in aliquo horum deliquerit, emendandi ei facultas intra tempus, quo potuit potius nominare, conceditur, postea non. Idque imperator noster cum patre rescripsit.

211. *Item.* Ne hi quidem possunt, quos praetor confirmavit, testamento designatos, ut imperator noster Diodoto praetori rescripsit. Proinde si a matre fuerint designati, an nec hi potius nominare possint, quaeri potest; et puto, eos nominare posse: nam de iis tantum rescriptum est, qui a patre erant designati. Sed hoc erit servandum, et si qui ab avo uel alio uiriliter sexus per uirilem sexum descenditibus sint tutelae uel curae destinati. Nam et Papinianus respondit, libertum a patrona nepoti destinatum tutorem posse potius nominare.

212. *Item.* Nominare autem potius non possunt in primis collegae patris, ut diuus Seuerus constituit.

213. *Item.* Licet autem patris appellatio in oratione tantum sit, puto tamen et de avo eam accipiendam; quamquam circa primipilares hoc iure utimur, ut tutores filio primipilaris dentur soli, non etiam nepoti.

214. *Item.* Sed nec cognati uel adfines possunt nominare potius, uerum tamen, ut ipsa oratione expressum est, hi soli, qui lege Iulia (Papiae) excepti sunt.

215. Proinde si quis cognatus alterutra lege exceptus, licet remotior, datus sit, ut ab imp. nostro Diodoto praetori est rescriptum, potius nominare non poterit; nec igitur cognatum poterit nominare adfinis, qui alterutra lege exceptus est.

216. *Item.* Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum sex gradus et ex septimo sobrino sobrinae natus; sed et nata per interpretationem; item quae personae in horum potestate sunt, quae in matrimonio, uel ii, qui sunt cognatarum nostrarum hoc gradu nos contingentium mariti, uel eorum, qui sunt in potestate nostra, cognati, contingentes eos ea cognatione, quae supra scriptum gradum non excedit.

вить, из какой коллегии. Если же чего-то недостает, то для исправления этого он может назвать более подходящего в течение [положенного] времени, но не позднее. Так же ответили и наш император вместе со своим отцом.

211. *Там же.* Лица, указанные в завещании и утвержденные претором, не могут [называть более подходящих], как написал наш император претору Диодоту. Если же их указала [в завещании] мать, то может возникнуть вопрос: могут ли они называть более подходящих [кандидатов]? Я полагаю, что могут, хотя в рескрипте говорится только о тех, кого указал отец. Это нужно применять и в том случае, когда дед или другое лицо мужского пола указал опекунами или попечителями тех, кто приходится им родственниками по мужской линии. Папиниан отвечает, что патрон может в завещании указать вольноотпущенника как более подходящего опекуна.

212. *Там же.* Как постановил божественный Север, не могут называть более подходящего [кандидата в опекуны] в первую очередь коллеги отца сирот.

213. *Там же.* Отцовское [решение] можно обжаловать лишь по [императорскому] указу; я полагаю, что это следует распространять и на деда, хотя относительно примипилариев пользуемся тем правилом, что опекуны назначаются только сыну, но не внуку примипилария.

214. *Там же.* В [императорском] указе сказано, что кровные родственники или свояки, исключенные по закону Юлия (Папия), не могут называть более подходящих.

215. Поэтому, если кто-то из родственников, исключенный по одному из двух законов (т. е. слишком дальний), назначен [опекуном], он не может называть более подходящего; свояк, исключенный по одному из двух законов, не может называть кровного родственника. Так написал наш император претору Диодоту.

216. *Там же.* По закону Юлия исключаются родственники шестой степени родства, а из седьмой: сыновья двоюродной сестры и двоюродного брата, падчерица, а также те [лица], которые находятся в его власти или в браке с ними, также – мужья кровных родственниц данной степени родства, также – кровные родственницы тех, кто состоит в нашей власти, но чья степень родства не выходит за рамки, установленные [данном законом].

217. *Item.* Nuptarum nobis cognati a nobis usque ad eundem gradum, uel nostri cognati ab uxoribus nostris capere possunt.

218. *Item.* Lege autem Papia hi adfines excipiuntur: qui uir et uxor, et gener et nurus, et socer et socrus umquam fuerunt; [219.] item (qui) uitricus, nouerca, priuignus, priuigna, uel ipsorum, uel eorum, qui in eorum potestate sunt, unquam fuerunt.

220. *Item.* Memini itaque, me suadente, a... praetore Alcimum libertum maternum Furii Octauiani Clarissimi Viri furiosi in cura retentum esse, cum tutelam eius administrasset, necessariusque ad curam eum nominasset, nam et liberti materni in pari sunt condicione. Oratio enim diui Marci ita scripta est, ut patroni, patrona (liberis) libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo priuilegio subnixus sit.

221. *Item.* Si alius eum Latinum fecerit, alius iterauerit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat, uidendum, quasi utriusque meritum habeat. Nisi forte, exemplo munerum, quibus diuus Marcus rescripsit apud originem (modo) eius, qui Latinum fecit, debere eum fungi, solius eius liberorum tutelam suscepturum dicemus.

222. *Item.* Officium quoque militare excusat, nam cum munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur, prodesse debet. Sed si ad tempus rei publicae causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur. Denique cum ex facto sub diuo Hadriano testamentum recitatum esset, quo quidam, cum legatus esset legionis, tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. (Excusatur) etiam is, qui commentarios habet praefecti, quamdiu hic commentarios habet praefecti, ut diuus Marcus cum filio rescripsit.

223. *Item.* Hi, qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando non admit-

217. *Там же.* Родственники наших жен, вплоть до [названной] степени родства, могут принимать от нас [опеку]; наши родственники могут принимать опеку, [назначенную] нашими женами.

218. *Там же.* По закону Папия исключаются следующие свояки: те, кто некогда был мужем и женой; зять и сноха; тесть и теща; [219] также и те, кто некогда были отчимом (мачехой) и пасынком (падчерицей) или их самих или тех, кто находится в их власти.

220. *Там же.* Раз уж я советую, то помню... претор [постановил], чтобы Алким продолжал заботиться об Его Превосходительстве Фурии Октавиане, впавшем в безумие, коль скоро ему была поручена опека, а родственник [Фурия] поручил ему заботу [о безумце]; материнские вольноотпущенники находятся в таком же положении. Ибо в указе божественного Марка написано, что отпущенник может назначаться опекуном патрона или патроны, даже если обладает привилегией.

221. *Там же.* Рассматривается: если кто-то сделает его [юниевым] латином, а другой – повторит это¹⁶, то не должен ли [латин] стать опекуном обоих, словно это [деяние] – заслуга обоих. Мы считаем, что [если он вдруг не должен исполнить это, по примеру указанных божественным Марком в начале (?) обязанностей] ему следует исполнять это лишь для того, кто сделал его латином; он примет опеку лишь над его детьми.

222. *Там же.* Военная служба освобождает [от исполнения обязанностей]. Ведь если уже выслушенная должность способствует этому, то тем более та, которая исполняется в данный момент. Но если кто-нибудь отсутствует по государственным делам временно, то он освобождается [от опеки] не навсегда, а лишь на время. Наконец, по указу времен божественного Адриана: когда, после объявления содержания завещания, в опекуны назначен некто, исполняющий обязанности легионного легата, то он заслуживает освобождения [от опеки] не навсегда, а лишь до того времени, пока является легионным легатом. [Освобождается] также и тот, кто имеет запись [об освобождении] у префекта – до тех пор, пока эта запись действительна. Так написали божественный Марк с сыном.

223. *Там же.* [Лица], защищенные какими-либо привилегиями, не всегда подлежат освобо-

¹⁶ При помощи этой процедуры юниевы латины получали права римского гражданства.

tuntur ad excusatione, uelut si minor sit annis XXV. adfini datus tutor; et aliquem usum rerum habeat hereditarium. Quod ius uenit ex epistula diui Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino legato Belgicae; quae constitutio uidetur de his loqui, (qui) a praetore dati sunt. Existimo tamen ego, idem esse accipiendum, si testamento datus sit. In eandem sententiam et diuus Pius Platorio Nepoti scripsit.

224. *Papinianus lib. XI. Quaestio-num respondit:* (Vbi) uerbis orationis fratrum imperatorum libertus, etsi ob aliquod priuilegium a tutelis uacet, patroni tamen patronaeque liberorum tutor ut deligatur comprehensum est, in numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur. Sed potest dici, non aliis patroni liberis libertum hoc debere, quam qui iure patroni hoc sperare possunt; et ideo neque patronae nepotis tutelam administrare compellendum priuilegio subnixum, neque pupilli, qui ex filia patroni uenit, quia uacatione praeter liberos patronorum, qui per uirilem sexum descendunt, liberti fruuntur.

225. *Item.* Et haec quidem de eo, cui beneficium datae libertatis exprobari potest. Alioqui nequaquam credendum est, ei priuilegium ablatum, cui fideicommissa libertas soluta est. Nam in toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris (ut) patronus aduersus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat; excepto, quod in ius uocare patronum iniussu praetoris non debeat.

226. *Item.* Ius anulorum ingenuitatis imaginem praestat, saluo iure patronorum patronique liberorum.

227. *Paullus libro sexto Quaestio-num sub rubrica (de) legitimis tutelis.* Apollinaris Paulo. Duo sunt Titii, pater et filius: datus est tutor Titius nec apparet, de quo sensit testator; quaero quid sit iuris? Respondit: is datus est, quem dare se testator sensit. Si id non adparet, non ius deficit, sed probatio: ergo neuter est tutor. Hoc rescriptum est in

ждению [от опеки]. Например, если некто моложе двадцати пяти лет назначен в опекуны свояку и как-то воспользуется оставленными в наследство вещами. Это право следует из письма божественного Адриана Клавдию Сатурнину, легату Белгики. Представляется, что в этой конституции говорится о [привилегиях], данных претором. Я полагаю, что это относится и к [опекуну], назначенному по завещанию. В том же духе ответил божественный Пий Платорию Непоту.

224. *Папиниан в 12-й книге «Вопросов» отвечает:* По словам указа братьев императоров: если даже отпущенник освобожден от опеки вследствие какой-либо привилегии, допускается назначать его опекуном детей патрона и патроны; в число детей без сомнения включаются и правнуки. Однако может быть заявлено, что отпущенник должен исполнять [опеку] лишь над теми детьми, которые по праву патрона могут рассчитывать на это. Поэтому имеющего привилегию отпущенника нельзя привлекать к исполнению опеки над внуками патроны и над сиротой, оставшимся от дочери патрона. Ведь отпущенники пользуются освобождением [от опеки], кроме [случаев опеки] над детьми патрона по мужской линии.

225. *Там же.* Это относится и к тем, кого можно упрекнуть в неблагодарности за дарование свободы. Впрочем, не нужно полагать, что у освобожденного в порядке фидеикомисса отнимается привилегия. Ибо почти во всем праве отпускающий таким способом раба на волю не приобретает ничего из тех прав, которые имеет патрон по отношению к лицу вроде отпущенника, разве что он может использовать права патрона в отношении имущества его [отпущенника], за исключением того [права], что [либерт] не должен без приказа претора вызывать патрона в суд.

226. *Там же.* Право [ношения] колец уподобляет [отпущенника] свободорожденному, причем исчезает право бывших хозяев над отпущенниками.

227. *Павел в 6-й книге «Вопросов» в разделе о законных опеках.* Аполлинарий Павлу. Есть два Тиция — отец и сын. Тиций назначен опекуном и не ясно, кого имел в виду завещатель. Спрашивается: какое [решение] соответствует праву. Ответ: в опекуны назначен тот, кого имел в виду завещатель. Если тот не согласен, то это недостаток не права, а доказательств, а значит, опекун — никто. Это сказано относительно отпущения на

Sticho manumisso, si duo sint Stichi et incertum, de quo testator senserit; uel si Erotem legauerit, qui plures eodem nomine habuit seruos. Quod in nummis legatis non ita placuit: si non adparet uoluntas, id acceptum est quod minus est.

228. *Imp. Antoninus Granio Firmino militi.* Ex duobus tutoribus, qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res tuas administrauit, aduersus eum tantum tibi competere actionem, ignorare non debes. Nec enim mutuo cessationis periculo, qui nihil gessit teneri potest, cum simpliciter datus eius, qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non uideatur.

229. *Paullus lib. singulari de testamentis.* Parentibus licet liberis suis in potestate manentibus testamento tutores dare, masculis quidem inpuberibus, feminis uero etiam puberibus, et tam iam natis quam etiam postumis. Itaque (quis) post institutionem heredum hoc modo scribere potest: LVCIO TITIO FILIO MEO, ET SI MIHI VIVO MORTVOVE NATI (ALII) ERVNT, TVTORES DO LVCIVM AVRELIVM ET GAIVM OPTATVM; A QVIBVS PETO, VT TVTELAM LIBERORVM MEORVM GERANT, ITA, VT EA QVAE IN ASIA RELIQVERO, AVRELIVS, EA AVTEM QVAE IN ITALIA, OPTATVS ADMINISTRET.

230. Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, uelut hoc modo: TITIO FILIO MEO AVRELIVM TVTOREM DO; SEIO FILIO MEO TVTOREM OPTATVM DO. Pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt.

231. *Paullus libro singulari de excusationibus.* Ii, qui tres pluresue tutelas uel curationes, uel permixto modo, cuiuscumque separatas administrant, excusari a tutela curationeue solent. Quodsi fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela reputantur eadem bona.

232. *Ulpianus de officio praetoris tutelarum.* Obseruari autem oportet, ne

волю Стиха, если Стихов двое и неясно, о ком шла речь; или если он по завещанию отказал Эрота, хотя у него много рабов с таким именем. Это, однако, не распространяется на отказанные [по завещанию] деньги: если намерение ясно, то принимается в расчет меньшая сумма.

228. *Император Антонин Гранию Фирмину, воину.* Ты не должен находиться в неведении относительно того, что из двух назначенных, но специально не отказывавшихся от должности опекунов, как ты сообщаешь об этом в своем прошении, ты можешь возбудить иск только против одного, раз он один управлял твоим имуществом в качестве опекуна. Ведь при их взаимной ответственности за бездействие ты не можешь привлечь к суду того, кто не вел [никаких дел], так как считается, что лишь назначенный [опекуном] по праву не является опекуном того, кто занимался управлением [твоим имуществом].

229. *Павел в отдельной книге о завещаниях.* Родителям следует назначать опекунов находящимся в их власти детям: мужского пола – несовершеннолетним, женского пола – также и совершеннолетним; и вообще как уже рожденным, так и тем, кто родится после их смерти. Итак, после назначения наследников, [любой] может записать [в завещании] так: МОЕМУ СЫНУ ЛУЦИЮ ТИЦИЮ И ДРУГИМ СЫНОВЬЯМ, ЕСЛИ ОНИ РОДЯТСЯ У МЕНЯ, ЖИВОГО ИЛИ МЕРТВОГО, ДАЮ В ОПЕКУНЫ ЛУЦИЯ АВРЕЛИЯ И ГАЯ ОПТАТА; ОТ НИХ Я ТРЕБУЮ, ЧТОБЫ ИСПОЛНЯЛИ ОПЕКУ НАД МОИМИ ДЕТЬМИ ТАК, ЧТОБЫ ТЕМ [ИМУЩЕСТВОМ], ЧТО НАХОДИТСЯ В АЗИИ, УПРАВЛЯЛ АВРЕЛИЙ, А ТЕМ, ЧТО В ИТАЛИИ – ОПТАТ.

230. Также мы можем назначать разным детям разных опекунов, например – так: МОЕМУ СЫНУ ТИЦИЮ ДАЮ В ОПЕКУНЫ АВРЕЛИЯ, А МОЕМУ СЫНУ СЕЮ ДАЮ В ОПЕКУНЫ ОПТАТА. Также можно назначать многим детям одного опекуна и одному ребенку – многих опекунов.

231. *Павел в отдельной книге об освобожденных.* Те [лица], которые исполняют три опеки или попечительства, или тех и других в совокупности, подлежат освобождению от опеки и попечительства. Если же они принимают опеку над братьями, то это считается одной опекой над одним и тем же имуществом.

232. *Ульпиан об обязанности претора, назначавшего опеку.* Следует, чтобы сиротам да-

his pupillis tutorem det, qui patrimonia in his regionibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Claudio Pompeiano praetori imperator noster rescripsit; multo magis, si in prouincia sit patrimonium, licet is, (cui) petitur, in Vrbe consistat.

233. *Vlpianus de officio praetoris tutelaris*. Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos pistrinum exerceant. Sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti centenarium pistrinum secundum litteras diui Traiani ad Sulpicium Similem exerceant. Quae omnia litteris praefecti annonae significanda sunt.

234. *Vlpianus lib. suprascripto*. Sed Ostienses pistores non excusantur, ut Filumeniano imperator noster cum patre rescripsit.

235. *Item*. Urbici pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamuis neque decuriales, neque qui in ceteris corporibus sunt, excusentur. Et ita (diui) Hadriani rescripto ad Cl. Iulianum praefectum annonae significatur; quam epistulam quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, cum in eo negotio frumentum agentibus daretur a collegarum filiorum tutelis uacatio. Plus etiam imperator noster indulxit, ut a tutelis, quas susceperant ante quam pistores essent, excusarentur. Sed hoc ab ipso creatis pistoribus praestitit et ita Marco Diocae praefecto annonae rescripsit.

236. *Item*. Sed et qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuuent, habent excusationem litteris allatis a praefecto Urbis testimonialibus negotiationis, ut imperator noster et diuus Seuerus Manilio Cereali rescripserunt; quo rescripto declaratur, ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam, quae data est his, qui annonam populi Romani iuuant.

вался в опекуны тот, кто располагает имуществом в пределах [территории], подлежащей юрисдикции [претора]. Так наш император предписал претору Клавдию Помпеяну. Более того, если его имущество находится в провинции, необходимо, чтобы тот, кому он предназначается [в опеку], находился в городе.

233. *Ульпиан об обязанности претора, назначающего опеку*. Те [лица], которые состоят в коллегии пекарей и действительно трудятся в своих пекарнях, подлежат освобождению от опеки. Я полагаю, что освобождать [от опеки] следует лишь тех, кто трудится в пекарнях, вырабатывающих ежедневно не менее ста мер хлеба. Так следует из письма божественного Траяна Сульпицию Симилю. Все это должно быть отмечено в записях префекта анноны¹⁷.

234. *Ульпиан в вышеназванной книге*. Однако, как ответили наш император со [своим] отцом Филумениану, пекари из Остии не подлежат освобождению [от опеки].

235. *Там же*. Городские пекари также освобождаются от опеки над сыновьями коллег, хотя этому освобождению не подлежат декурионы и члены других коллегий. Так установил божественный Адриан в рескрипте, [адресованном] префекту анноны Клавдию Юлиану. Наш император со [своим] отцом в некоем рескрипте, направленном пекарям Верну и Монтану, истолковали это правило и распространили его на пекарей, так что те, кто занят выпечкой хлеба, освобождаются от опеки над сыновьями коллег. Вдобавок наш император постановил, чтобы они подлежали освобождению даже от той опеки, которую они приняли до того, как стали пекарями. Он дал это пекарям, поставленным им самим, и так ответил префекту анноны Марку Диоке.

236. *Там же*. [Лица], торгующие на свином рынке, оказавшие анноне содействие в размере $\frac{2}{3}$ [своего] имущества, при наличии подтверждающего [право] торговли письма от городского префекта, получают освобождение [от опеки]. Так ответили Манилию Цереалу наш император и божественный Север. В этом рескрипте говорится, что ранее они не подлежали освобождению от [этой] повинности, однако теперь на них распространяются те [привилегии], которые имеют те, кто помогает анноне римского народа.

¹⁷ Annona – собственно, съестные припасы, продовольствие.

237. *Paullus lib. singulari ad municipalem.* Urbici autem pistores a collegarum quoque filiorum tutlis excusantur. Sed et si qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus patrimonii annonam iuvent, a tutelis habent excusationem.

238. *Ulpianus de officio praetoris tutelaris libro singulari.* Proinde si mutus surdusue quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. Hi uero, quos uoletudo, siue furor, siue morbus perpetuus excusat, etiam eas tutelas quas ante susceperant deponunt: alia causa aetatis est. Luminibus etiam captum (excusandum) Porcatio Faustino rescripsit imperator noster cum patre.

[239.] Item Furio Epatidae, cum allegasset, se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter aduersam uoletudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. Hi etiam a susceptis excusabuntur.

240. *Item.* Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere; idque diuorum fratrum rescripto continetur.

241. *Item.* Si quis autem in prouincia domicilium habet, debet excusari; sed et si quis patrimonium in ea regione, quam iuridicus administrat, habet.

242. *Item.* Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse, ut, deserto iure potiorum, ad excusationem se conuerterent.

243. *Paullus libro singulari ad municipalem.* Paupertas quoque solet tribuere excusationem, quod oneri tutelae impar esse uideatur.

244. *Paullus libro singulari de officio praetoris tutelaris.* Mediocritas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur, ex epistulis diuorum Hadriani et Antonini et fratrum ad Caerellium Priscum, praetorem tutelarem.

245. *Item.* Qui complura allegant, quae singula non sint firma, interdum excusari solent; nam et fratres

237. Павел в отдельной книге к муниципалу. Городские пекари освобождаются от опеки над сыновьями коллег. [Лица], торгующие на свином рынке, оказавшие содействие анноне в размере $\frac{2}{3}$ имущества, также освобождаются от опеки.

238. Ульпиан в отдельной книге об обязанности претора, назначающего опеку. Несомненно, и тот, кто нем или глух, освобождается от опеки. Те, кого безумие или болезнь освободили [от несения этой обязанности] навсегда, слагают даже принятые ранее опеки. Еще одна причина [для этого] – возраст. Наш император со [своим] отцом написали Поркацию Фаустину, что [освобождению подлежат] и пораженные слепотой.

[239.] Также и [в случае] Фурия Эпатиды, заявившего, что он лишился одного глаза и второй находится в опасности, [наш император] ответил, чтобы претор разобрался, не следует ли его освободить из-за плохого зрения. Они также освобождаются от принятых ранее [опек].

240. Там же. Несомненно, бедность дает освобождение [от опеки], если кто-то сможет доказать, что не в состоянии исполнять возложенное бремя. Так сказано в рескрипте божественных братьев.

241. Там же. Подлежит освобождению [от опеки] тот, кто имеет жилище в провинции, а также на территории, управляемой императорским легатом.

242. Там же. Однако мне известно, что многие, спешно и с нарушением правил приступив к назначению более подходящих [кандидатур для опеки], не добиваются освобождения [от опеки], утратив право [назначения] более подходящих.

243. Павел в отдельной книге к муниципалу. Обычно также и бедность способствует освобождению [от опеки], так как представляется, что не соответствует возложенному бремени.

244. Ульпиан в отдельной книге об обязанности претора, назначающего опеку. Незначительность, невежество и домашние дразги иногда признаются достаточным [поводом] для освобождения [от опеки]. [Так говорится] в письме божественных Адриана и Антонина, а также братьев [-императоров] к Приску, претору, назначающему опеку.

245. Там же. Те, кто ссылается на многочисленные [обстоятельства], даже не подтвержденные по отдельности, все-таки обычно освобож-

imperatores Sentio Potito ita rescripserunt: «quamuis singula, quae litteris tuis complexus es, non praestent tibi iustas causas excusationis, tamen quia multa simul congruerunt, mouere nos possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit».

246. *Paullus libro singulari de excusatione tutorum.* «Imperatores nostri Aelio Diodoto suo salutem. Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris clarissimi viri, quod non iure testamento uel codicillis dati fuerant, confirmatos nominare potiores posse non arbitramur, nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est».

247. *Paullus libro I editionis secundae de iurisdictione tutelarum.* Qui tres pluresue liberos habent superstites, excusari solent idque compluribus constitutionibus cauetur tam diuorum Marci et Luci, quibus Pontium Marcellum trium liberorum patrem liberauerunt litteris ad eum emissis, quam dominorum nostrorum. Sed hic numerus in Italia ciues Romanos liberat. Nunc ex constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exemplo municipalium munerum; nam Clodio Herodianum ita scripserunt: «sicut in Italia ciues Romani consistentes numero quattuor liberorum incolumium a ciuilibus muneribus excusantur, ita qui ad tutelam uel curam uocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, quorum etiam status non ambigitur, in Italia uero quattuor, in prouinciis autem quinque, habent excusationem».

[Desunt unus quaternio s. paginae sedecim.]

QVANDO DONATOR INTELLEGATVR REVOCASSE VOLVNTATEM

248. ...Ipsam contumeliis persequi aequo in affectu pietatis monitos posse mitescere. Volumus igitur ut, si con-

даются [от опеки]. Так ответили и братья-императоры Сенцию Потиту: «хотя каждая указанная тобой отдельная [причина] не дает тебе законного основания для освобождения [от опеки], однако, так как их собрано сразу много, то они могут убедить нас согласиться с тем, что тебя [необходимо] освободить [от опеки].»

246. *Павел в отдельной книге об освобождении [от исполнения обязанностей] опекуна.* Наши императоры Элию Дидоту, своему [другу], шлют привет. Мы не считаем, что опекуны, назначенные по воле отца и утвержденные декретом светлейшего мужа претора (так как они назначены не по завещанию или кодициллам), могут называть более подходящих [опекунов]. Ибо отцовское решение, пусть даже ущербное [в отношении формального] права, следует соблюдать.

247. *Павел во втором издании первой книги о судебном разбирательстве дел, связанных с опекой.* [Лица], имеющие трех или более здравствующих детей, подлежат освобождению [от опеки], как сказано во многих конституциях – как божественных Марка и Луция¹⁸ (по которым Понтия Марцелла, отца трех сыновей, освободили [от опеки], направив ему письмо), так и наших владык. Такое количество [детей] дает римским гражданам в Италии освобождение [от опеки]. Теперь же, по конституции наших принцев, [данное правило действует] не во [всей] Италии, но лишь в Риме (подобно [освобождению от] муниципальных обязанностей). Ибо они так письменно ответили Клодию Геродиану: «В Италии римские граждане, имеющие четырех здравствующих сыновей, освобождаются от [несения] гражданских обязанностей. Это распространяется и на тех, кого привлекли к исполнению опеки и попечительства: в Риме освобождение дается даже при наличии трех здравствующих детей, статус которых не оспаривается; в Италии – четырех; в провинции – пятерых».

[Отсутствуют 4, 5-я страницы.]

СЛУЧАИ, КОГДА ДАРИТЕЛЬ ИЗМЕНИЛ НАМЕРЕНИЕ

248. ...Более мягко можно относиться и к тем, кто претерпел несчастье, а равным образом – тем, кто совершил это из почтения. Итак, нам угодно

¹⁸ М. Аврелий и Л. Коммод (Прим. ред.).

stiterit iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe crudeliterque se tollere, emancipatio firmitudine euacuetur, idque quod liberis pater donationibus contulit, patris dicioni naturaeque ipsi subiugati patriae reddant potestati, et ita illi, qui sacris euoluti a functione obsequii recesserunt, necessitatis laqueis adstricti tanquam commendatione pietatis (ea) etiam detrectantes adtineantur. *Dat. XVII. Kal. Aug. Constantinopoli Gallicano et Symmacho cons. [= a. 330 p. Chr. n.]*.

249. *Constantinus et Caess.* (1.) Multas saepe natas ex donatione causas cognouimus, in quibus uel adumbrata pro expressis uel inchoata pro perfectis uel plurima pro omnibus controuersiam faciant, cum agentium uisa pro ingenio ac facultate dicendi aut perfecta deformarent aut inchoata perficerent. Inde ius anceps ac pro dicentium impulsu uaccillanti sententia non parum decreta differebant, Maxime karissime ac iucundissime nobis. Hinc enim nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum ius et uoluntas omni libera sollemnitate, modo perfecta ortus suos praesenti munere opulentat. Tempestiua dehinc communium donationum cura successit; absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumactio animo ad uniuersum donationum genus conspeximus omnes earum species signis ac nominibus inprimendas, ut in hominum contractibus differentiam sui nuncupationum proprietate secernant. (2.) Itaque siue illa donatio directa sit, siue mortis causa instituta, siue condicionibus faciendi non faciendae suspensa siue ex aliquo notato tempore promissa, siue ex animo dantium accipientiumue sententiis quantum ius sinit cognito, eius haec prima obseruatio est, ut quas leges indulgent

[следующее]: если известно, что дети стали вести себя по отношению к отцу более сурово и заносчиво, чем это позволено требованиями человечности, то эманципация теряет свою законную силу; а те [вещи], которые отец преподнес детям в качестве подарков, будучи по самой своей природе подчинены могуществу отца, возвращаются под отцовскую власть. Точно так же это касается и тех [детей], которые, освободившись от святынь [отеческой власти], отказались от повиновения родителям, принужденные [к этому лишь] узами необходимости, как бы даже отказывающиеся от обаяния [сыненья] благочестия. Дано в семнадцатый день до августовских календ (= 16 июля) в Константинополе в консульство Галликана и Симмаха¹⁹.

249. *Константин и Цезари.* (1) Мы узнали о многочисленных повсеместных тяжбах по поводу дарений, которые перерастают в судебные процессы. Это либо совершение [ложного] дарения вместо открыто произнесенного, либо незаконченного [дарения] вместо законченного, либо [одновременное совершение] многочисленных [дарений] в пользу всех [наследников(?)]. Плоды воображения соперничающих сторон, благодаря смысленности или умению произносить речи, либо аннулируют законченные [дарения], либо совершают незаконченные. Поэтому, наш дорогой и любимый Максим²⁰, [императорские] указы отменяют двусмысленности и то, что [представляется] сомнительным несмотря на пыл выступающих. Был произнесен закон, касающийся недавно освобожденных лиц, которых, благодаря их происхождению, верховное право и волеизъявление, [произнесенное] в любой свободной форме как законченная воля, обильно снабжают повседневными обязанностями. Впредь устанавливается своевременная опека над общественными дарениями. Оставив [дарения], выделенные как более достойные по причине благочестия, и обратившись к обычным дарениям, мы поняли, что необходимо выделить по признакам и названиям все их разновидности, чтобы [при заключении] контрактов между людьми они отличались друг от друга. (2.) Таким образом, существуют непосредственные дарения; дарения, обусловленные смертью; дарения, зависящие от условий выполнения – не выполнения; дарение, обещанное с определенного времени; дарение, исходящее из

¹⁹ 330 г. н. э.

²⁰ Городской префект в 323 г. н. э.

condiciones pactionesque promantur, hisque penitus cognitis uel recipiantur, si complacitae sunt, uel reiciantur, si sunt molestae. Sed iure requisitis parendum erit nec denegabitur officium, quin simul spes abiciatur adipiscendi. (3.) Inretiri sane condicionibus indefensos minores, quando praestare promissa difficile est, non placuit; quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum officiis, cum res cura erit recepta, neglecta utilitas minoris (fuerit) et ita minor commodis (is) spoliabitur, rei amissae periculum praestabunt; ita enim familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda ex tarditate incitabit.

(4.) Post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris, ius ac rem notans proscribat; tum utrumque iure compleant, neque id occulto aut per imperitos aut priuatim; his enim rebus saepe clandestina fraus, et quae facta sunt infecta et indicta, quae scripta sunt simulans aliisque ac dehinc aliis largiendo atque donando ac saepe uendendo, multos habendi spe allectos concurrere in expugnanda sibi proprietate impulit. (5.) Tabulae itaque, aut quodcumque aliud materiae (genus) tempus dabit, uel ab ipso uel ab eo quem fors sumministrauerit scientibus plurimis perscribantur eaeque, ut supra comprehensum est, rebus nominibus personisque distinctae sint; ac tum corporalis traditio – in quam saepe multa simulando inrepentes, aut ui corpora capientes sollemne illud ius ac uoluntarium inconcessa usurpatione praeripiunt – ea igitur ipsa rerum traditio praesentium, aduocata uicinitate omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conuentu plurimorum celebretur. Non enim aliter uacua iure dantis res erit, quam ea uel eius uoluntate, si est mobilis, tradatur, uel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis erit, sedem nouo domino patefecerit. (6.) Quae omnia

высказанных намерений дающих или принимающих [лиц] (насколько это позволяет право). Первым делом следует заботиться об определении допустимых законами условий и соглашений; в соответствии с ними [дарения] либо принимаются, если они угодны, либо отвергаются, если тягостны. Но после рассмотрения [условий] в соответствии с правом надо будет подчиниться им, и нельзя отказываться от [этих] обязанностей, чтобы не лишиться и надежды на получение [дара]. (3.) Не следует опутывать беззащитных лиц моложе [25 лет] условиями договора, если исполнить обещание трудно. Однако если при исполнении дарения, когда вещь уже принята, выгода младших [лиц] окажется упущенной и они не получают прибыли по вине их защитников, то те должны возместить потерю. Поэтому страх потери имущества даже старших [лиц] побуждает от бездействия к соблюдению этих [правил].

(4) Человек, внесший в список право и вещь, должен также особо приписать имя дарителя – тогда он выполнит оба [условия] в соответствии с правом, и не будет [считаться действующим] тайно, или посредством несведущих лиц или частным образом. Ведь в подобных случаях зачастую встречается тайная ложь, которая, представляя существующее несуществующим, а написанное ненаписанным, [приводит к тому, что] одно и то же отдается, дарится, а то и продается все большему количеству людей. [Эта ложь] побуждает многих [людей], обьятых надеждой на владение, домогаться собственности в свою пользу. (5.) Итак, должны быть сделаны записи на табличках, или на любом другом, имеющемся в распоряжении материале. Записи делаются либо самим [дарителем], либо любым другим лицом, так, чтобы [об их содержании] знало достаточно много людей. Как было изложено выше, в этих записях должны быть отдельно изложены вещи, [даримые] долговые обязательства, лица. И вот тогда фактическая передача [вещи] – а то ведь многие часто приходят к ней разными изворотами, столько всего изображая, или же захватывают вещи силой, и таким образом добиваются этого священного и добровольного права [дарения] путем недозволенной узурпации, – так вот сама эта передача наличных вещей совершается в присутствии многих, собрав соседей и сделав все оценки, которыми предстоит пользоваться впоследствии. Ибо вещь дарителя становится бесхозной только тогда, когда, будучи движимой,

consignare actis iudicis praestat, ut res multorum mentibus oculis auribus testata nullum effugiat, cuius aut scientiam capiat aut dissimulationem tegat. Quodsi iudex aberit, cui summa prouinciae commissa est, mandetur istud magistratum actis, atque ut nullus sit subiciendi aut surripiendi locus, cum alterutri commodum sit, eorum exemplis idem magistratus adscribant. Sic enim conscientia multorum, monumentis iudiciorum ac popularum perscriptis haut litium causa peruulgatis omnibus fides abstrusior non erit. (7.) Talia enim esse oportet dominorum initia, quorum diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura perfringit: talis (sit) liberalitatum honestas, quae locis clamata omnibus accipientium donantiumque familias liberalitatis et gratiae praedicatione compleat, simul ut, cum sit eximium cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla litium tristitudine minuatur. (8.) Quodsi in exspectanda causa dicendaque sententia orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscurosque coetus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata dicuntur, temere non erit fides accipienda; sed ea alienatione, quae publice non sit testata, in donationibus uirorum reiecta uel superhabita solam eam probamus, quae celebrata uniuersis studiis recte regulas supra propositas sequatur. Abolito igitur iure, quod quibusque rebus donandis Cincia lex imposuit neque amplius ea perfectione faciendam quam illa ordinauerat negamus certae formae uerborum deinde esse quicquam requirendum, quoniam iam lege commutata uerba et ipsa abolita sunt antea necessaria in donationibus faciendis, neque ullam controuersiam donationibus iam factis uolumus conflare, cum futuris ius per hanc legem ponamus, quae, ut omnes cognoscant atque obseruent, quod statuimus, edicto

передается по таковому его желанию, или если это – дом, земельный участок или что-то подобное, куда он в свое отсутствие пустил нового хозяина. (6.) Все это лучше подтверждать в судебных протоколах, чтобы вещь, засвидетельствованная разумом, глазами и ушами многих [людей], не ускользала ни от кого из-за неведения или [чужого] умения. Если судья, имеющий верховную власть в провинции, отсутствует, это [дело] переходит в ведение магистратов, которые должны записывать то же самое, чтобы не имели места подлог и замалчивание, в результате которых выгоду получает [лишь] один из двух. В таком случае соглашение [в присутствии] многих [людей] окажется внесенным] в судебные документы и [частные] записи, а причина тяжб не будет тайной. (7.) Следует, чтобы такие [юридические] основания были у хозяев, длительное владение [вещью] с их стороны часто нарушает законные права собственности. Уважение к дарению должно быть таково, чтобы о дарении и благодарности [за него] повсеместно оповещались семьи и дарителя, и принимающего дарение. Также, если окажется, что принято в качестве услуги чрезвычайное дарение, то для [принявшего его] не должна существовать опасность какой-либо тяжбы. (8.) [Раньше] в случае публичного завещания, при рассмотрении причины принятия решения, дарение, оставшееся бесхозным, порождало слепую благодарность и тайное приращение – так как, если сделка не будет признана [действительной], действия тех, кто эти дарения совершает, считались явной ложью. Отчуждение, которое не оформляется в виде публичного завещания, изъятю или добавленном к дарениям, совершенным мужами, мы признаем лишь в том случае, если оно оглашено с обычным рвением, правильно и с соблюдением указанных выше предписаний. Так как исчезло правило, установленное законом Цинция относительно всех вещей, предназначенных для дарения, [согласно которому] его размер не превышал установленный предел²¹, то мы отныне отрицаем необходимость определенных словесных формул, так как исчезла сама собой необходимость произносить слова, уже измененные по закону, при совершении дарений. Мы не желаем раздувать какой-либо спор об уже совершенных дарениях, так как впредь будем действовать по

²¹ 1000 ассов (?).

promulganti tuo praeferenda est. PP. III. Non. Febr. Romae Sabino et Rufino cons. In foro diui Traiani. [= a. 323 p. Chr. n.].

250. *Papinianus libro XII. Respon-sorum.* Imperfectam donationem mors confirmat, si animum liberalitatis nouissimum in diem uitae perseuerasse constat.

251. *Item.* Non ideo donationem aedium, possessione a matre praesenti filiae tradita placuit irritam esse, quod mater habitationem citra proprietatem sibi recepisset et ita in possessione aedium mansisset.

252. *Item.* Cum mater absenti filio... ad eum fecit, quas procura... quae instrumenta praediorum e... praediorum ad filium p... uel seruis eius tradita non... praediorum ad filium peruen... maternae uoluntatis et ei... causa redire iussisset... possessionem praediorum... constare.

252a... factam praedio neque man-cipato... habuisse. Respondi, nec fidei-commis... in aede sacra aeditu... lit-teris post mortem suam... post mortem suam... redditam... rationem... uit, quod ne fiducia daretur... num accepit, perueniret, qui...

253. *Item.* Etiam per nouationem donatio perficitur. Cum autem creditor pecuniae ita recte perficiat donationem, si debitor pecuniam, quam delegat ile, Titio promittat, an et per litis contestatione factam nouationem idem fiet in praediis, si eorum legatum quasi per quandam stipulationem uenit in litem, quam legatarii nomine Titius inchoauit? Respondi, praediorum non tam coeptam donationem, nondum possessione tradita, quam irritam esse; non enim sic pecunia, ut in ea, quam quis delegando donauit, in iis praediis fuit.

253a. *Item...* Donationes in concu-binam collatas non posse reuocari

этому закону, который, как всем следует знать и соблюдать, мы поручили тебе соблюдать в обнародованном указе. Президу провинции. В третий день до февральских календ (= 30 марта) в Риме в консульство Сабина и Руфина²² на форуме бо-жественного Траяна.

250. *Патиниан в 12-й книге «Ответов».* Смерть подтверждает незавершенное дарение, если известно, что оно подтверждено более поздним желанием, высказанным дарителем в день смерти.

251. *Там же.* Из этого не следует, что дарение дома недействительно, если живая мать передала владение дочери, так как мать удержала без [права] собственности помещение и поэтому сохранила дом во владении.

252. *Там же.* Когда мать, в отсутствие сына... направила ему, которые прокуратор... этот ин-вентарь поместий... поместий, пере[ходящих] к сыну... волеизъявления матери и ему... причина побудила возвратить... владение поместьями... известно.

252a... сделанная для поместья и не по ман-ципации... имел... Отвечаю, [что и] не фидеико-мис... в священном храме смотрительница... в письмах после своей смерти... после своей смер-ти... возвращенную... ведомость... что дается не в фидуцию... принял, перейдя [к тому], кто...

253. *Там же.* Дарение осуществляется даже путем новации обязательства. Раз уж кредитор [считается] правильно совершившим дарение в случае, если его должник пообещал те деньги, которые он ему должен, Тицию, то не будет ли [иметь тот же эффект] и новация путем литис-контестации в отношении поместий в случае, если легат поместий (как бы путем некоей стипу-ляции) составляет предмет судебного спора, который возбудил Тиций от лица легатария? Я ответил, что, пока владение не передано, дарение поместья скорее недействительно, чем совершенно. Относительно денег – иначе: [дарение дейст-вительно], даже если эти деньги входили в состав владения.

253a. *Там же.* Нельзя упразднять дарение, со-вершенное в пользу сожительницы, даже если

²² 323 г. н. э.

conuenit, nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum, ad irritum reccidere quod ante iure ualuit. An autem maritalis honor et affectio pridem praecesserit cum tabulae dotis consignarentur. Personis comparatis, uitae coniunctione considerata perpendendum esse respondi.

254. *Item.* Species extra dotem a matre uiro filiae nomine traditas filiae, quae praesens fuit, donatas et ab ea uiro traditas uideri, respondi; nec matrem offensam repetitionem habere uel eas recte uindicare, quod uir cauisset extra dotem usibus puellae sibi traditas; cum ea significatione non modus donationis declaretur nec ab usu proprietas separetur, sed peculium a dote puellae distingueretur.

255. *Item.* Pater, qui filiae, quam habuit in potestate, mancipia donauit et peculium emancipatae non ademit, uel herede ea sine beneficio emancipationis scripta decessit, ex post facto donationem uidebatur perfecisse.

256. *Item.* Iure filiae. Possessionem donatorum retinebat praediorum, quae pater ei postremo iudicio non legarat, si filiae, quam post illam donationem genuit, praelegauit, quidquid fundorum penes se reliquum esset. Parui etenim refert, quod solemniter confirmata donatio filiae facta non probaretur; arbitrum enim hereditatis diuidendae patris uoluntatem recte secuturum dixi, qua filiae fundi praeter praedia praelegaret et adiecisset «exceptis quae sorori tuae donauit». Nam et testamento liberalitatem confirmatam, et aperte patris declaratam uoluntatem; quod diuisionis arbitrio sufficit, iuris quoque uerbis deficientibus.

257. *Item.* Eiusmodi lege deposita in aede sacra, ut eam ipse solus, qui deposuit, tolleret aut post mortem domini Aelius Speratus, non uideri perfectam donationem respondi.

258. *Item.* Pomponius Philadelphus dotis causa praedia filiae Pomponiae, quam habuit in potestate, tradidit et mercedes eorum genero solui man-

между теми же [людьми] впоследствии заключен брак. Раньше оно в соответствии с правом признавалось недействительным. Если почет и общественное положение мужа перешло к [жене] ранее, то я ответил, что, хотя [эти вещи] отмечены как приданое, следует тщательно разобраться, ради чего был заключен этот брак.

254. *Там же.* Я ответил, что вещи, которые мать передала мужу дочери на ее имя сверх приданого, представляются подаренными и перешедшими от нее к мужу. Мать не может выдвигать обратное требование или справедливо домогаться [этих вещей], так как муж направил переданные ему сверх приданого [вещи] на пользу девушке. Когда это оглашается не как дарение, пользование и собственность не разграничиваются, но пекулий отделяется от приданого.

255. *Там же.* Когда отец, подаривший находившейся в его власти дочери [вещи] мандипия, не отобрал у нее пекулий после выхода из-под [собственной] власти или умер, оставив ее наследницей, но не освободив из-под власти, представляется, что дарение совершено [исходя] из post factum.

256. *Там же.* Дочь, находящаяся во власти отца, по праву удержала собственность над подаренными поместьями, которые отец впоследствии не отказал по завещанию, если тот отказал по прелегату все владения, которые у него есть, своей дочери, рожденной уже после этого дарения. Ведь то, что торжественно совершенное дарение в пользу дочери не было [впоследствии] подтверждено, ничего не значит. Я говорил, что и судья по делу о разделе наследства будет справедливо следовать воле отца, согласно которой тот отказывает дочери по прелегату свое недвижимое имущество, добавив в завещании «кроме тех [поместий], которые я подарил твоей сестре». А ведь в деле о разделе [наследства] подлежит рассмотрению как щедрость [отца], закрепленная завещанием, так и его воля, выраженная открыто, даже если слова не совсем соответствуют [точному] праву.

257. *Там же.* Я ответил, что, если вещь помещена на хранение в святилище под тем условием, что ее может забрать только тот, кто поместил его или, после его смерти, Элий Сперат, то это не представляется завершенным дарением.

258. *Там же.* Помпоний Филадельф в качестве дарения передал находившейся в его власти дочери Помпонии поместья и поручил зятю собирать арендную плату. Спрашивается: может ли

dauit. An ea praecipua filia retinere possit, cum omnes filios heredes instituisset, quaerebatur. Iustam causam retinendae possessionis habere filiam, quoniam pater praedia, (de) quibus quaerebatur dotis esse uoluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat, respondi; filiam etenim, quae naturaliter agros retinuit, specie dotis, cuius capax fuit, defendi.

259. *Item.* Mulier sine tutoris auctoritate praedium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donauerat. Perfectam in praedio ceterisque rebus nec mancipii donationem esse apparuit, seruos autem et pecora, quae collo uel dorso domarentur, usu non capta. Si tamen uoluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplicationem respondi; non enim mortis causa capitur quod aliter donatum est, quoniam morte Cincia remouetur.

дочь удерживать [поместья] за собой, если отец назначил наследниками всех детей? Я ответил, что дочь имеет законное основание для удержания владения, так как отец пожелал, чтобы данные поместья являлись приданым, а брак продолжал существовать и после смерти отца. Я защитил также интересы дочери, которая естественным образом удержала [за собой] поля – в виде приданого, принятого мужем.

259. *Там же.* Женщина без разрешения опекуна подарила (не при условии смерти) Латину стипендиарное поместье, снабженное всем необходимым. Было очевидно, что это является завершенным дарением по отношению к поместью и прочим вещам *пес манципи*, однако рабы, рабочий и вьючный скот не были получены в пользование. Я ответил, что, если женщина не изменила волеизъявление, Латин также имеет право – ибо принимается вовсе не под условием смерти то, что дарится иным способом, так как после смерти [дарителя] даже закон Цинция теряет силу.

(Продолжение см. в след. номере.)